communiter contingunt, puto enim, quod quando ſingulos ſigillatim publicê interrogat Sacerdos, vt eorum teſtes de quinque impedimentis prefato Eccleſię mandato, poſito in. d. c. fin. de Clandeſti. Deſponſa. ſatiſfacit, ſcilicet, ſi inveſtigat. An ſit inter eos impedimentum conſanguinitatis, affinitatis, iuſtitię publicę honeſtatis, ligaminis, & metus, quandoquidem hæc ſunt, quę ſolent vt [cõmunius] contingere, cętera autem alia, raro contingunt, & ſi aliquod eorum contigerit, poterit is qui ſolum communia tractat Matrimonia, mittere caſum ad peritum, immo quando circa illa quinque dubitabit, petat cõſilium, ne in re tam ſeria erret, quia huiusmodi error, valde perniciosus eſt, tam Sacerdoti erranti, quàm ijs qui Matrimonium contrahere volunt, ita vt plerunq; cum maxima difficultate, poteſt remedium adhiberi. Frater Ioannes Focher

¶ An Fratres Mendicantes ſuorum virtute indultorum, hic poſſint in prędictis impedimentis [maxime in affinitate per fornicationem contracta] ante Matrimonium